

1555

CODICES

1556

Allegoriam jam *Vol. I. P. II. col. 3355*. referrem, satis incassum me torfi de Autore; nec modo doctior sum.

DCLXV.

R. 2005 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 130. f. per duas columnas, maxime prima sui parte, nitide exaratus, literisque initiorum deauratis et picturatis speciosus, ac olim *domus Orti beate marie prope pragam ordinis Carthusiensis* ita orditur: *Incipit tractatus peroptimus Richardi de contemplatione beniamyn*. Est is *Richardus* ad *S. Viorem Parisi*. Canonicus reg. 1173. vivis exemtus. In edit. *Operum ejus omnium Colon. 1621. 4. Benjamin* hic in *Minorem* et *Majorem* distinguitur, et *Minorem* quidem jam *Vol. I. P. 2. col. 2127*. dedi; in praesenti vero Codice indiscriminatim decurrunt. *Minor* nullo Capitum Elencho instructus incipit: *Beniamyn adolescens in mentis excessu. Audiant adolescentes sermonem &c. Major* quinquepartitus non tantum Elenchum Capitum omnium V. Partium praemitit, sed ad singulas etiam Partes repetit. In edit. *cit.* inscriptus *de Gratia Contemplationis* nullo hic peculiari titulo gaudet, sed C. I. insignitum: *De contemplatione e-*

*iusque commendacione*, incipit: *Misticam illam moysi archam libet si liceat ex inspiracione illius munere &c.* Opus integrum est, Textus vero ad Editionem *cit.* foret eliminandus. Ad calcem Librarius alium *Richardi Tractatum De exterminatione Mali et promotione Boni* addere parabat; verum scripto jam Capitum Syllabo mutavit consilium.

II. fol. 71. succedit *Speculum seu Manuale beati Augustini*. Init istud: *Adesto mihi verum lumen deus pater omnipotens &c.* et profert inter *Augustino* falso tributa T. VI. edit. *Maur. Append. col. 145.* ipso *Alcuino*, cujus refert sententias, tempore posterius, ut pluribus *Admonitio l. cit.* praevia.

III. fol. 81. Incipit praefacio *venerabilis Johannis heremite qui cassianus dicitur in libro de institutis cenobiorum et octo principalium vitiorum remediis ad papam castorium*. Ita: *Ueteris instrumenti narrat ystoria sapientissimum salomonem &c.* Opus ipsum XII. Libris constans: *De institutis ac regulis monasteriorum dicturi unde competentius &c.* Textus collatus cum edit. quae *Lipsiam, Wetstenios* et an. 1733. praefert, non sperendas quasdam lectiones offert, quarum specimen e L. I. c. 2. dabo:

Codex

auſtoritas monſtrat  
virginitatis iam purae  
in quo confederat

Editio

auſtoritate monſtratur  
virginitatis jam flores  
in quo conciderat

birfuti

1557

## A S C E T I C I.

1558

*birfuti incultique  
velut quoddam impressum stigmatē  
speciale  
paululum per defecta membra so-  
lita cinguli obstructionem &c.*

Praeterea pium *Carthusianorum* morem non omittam. Notatur enim ad L. IV. c. 32. minio in margine: *Iste passus qui sic incipit: Nosti ait quot &c. legitur in refectorio in die professionis novitiorum. Cui precedit titulus talis: Quarto libro renunciandum Johannis Cassiani: Ex collatione pynuffij abbatis. A L. XII. c. 8. verbis: ero similis vobis mendax — membranae exciderunt.*

DCLXVI.

U. 166 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 330. f. per duas columnas, non una quidem manu, probe tamen scriptus, rubricis enotatus, et, ut praefertur, legatus ad Collegium B. V. Domus rubee rose apud fratres predicatorum in Wyenna a Thoma Haselbachio saepe laudato, patre ac superintendente praefati collegij fidelissimo, sequentia continet: I. ἀνεπίρητος Capitulum primum. de studio sapientiae et eius commendatione. Initium est: *Beniamin adolescentulus in mentis excessu. Audiant adolescentuli sermonem de adolescente &c.* Habemus igitur Richardi Scoti S. Victoris Paris. Canon. Reg. anno 1173. extincti Librum de Praeparatione animi ad contemplationem, qui, ut ab e-

*virtuti incultique  
velut quoddam impressum speciale  
paulisper defecta membra solita  
cinguli obstructione &c.*

jus Tractatu de Gratia Contemplationis seu Benjamin majore V. Libris constante distingueretur, etiam Benjamin minor audit, Capita 87. censet, in Editione a. 1494. f. l. 4. titulo de XII. Patriarchis mihi objacet, et in Opp. omn. Colonide 1621. 4. ad p. 178. legitur. Atque haec Lectio non uno loco e Codice nostro perfici potest. Ad ejus calcem Librarius annum 1429. notavit.

II. fol. 25. sequitur Συναγμα Homiliarum et Sermonum S. Joannis dicti Chrysostomi Ep. Cypolitani numero XXIX. in antiquis versionibus, initio sumto a Sermone I. de Cruce et Latrone, qui incipit: *Hodierna die dominus noster pependit in cruce &c.* et habetur edit. gr. lat. Maur. Paris. 1718. T. II. p. 403. Atque ita et reliqua partim genuina, partim spuria per priores hujus Editionis Tomos sparsa sunt, exceptis sequentibus, quae fortasse meam in vestigando diligentiam fefellere: 1) Omelia de Cruce et Latrone. Init: *Hodie incipiamus karissimi de crucis tropheo predicare &c.* 2) De Eruditione discipline. Init: *Eruditio discipline custos est spei &c.* 3) De Militia spirituali. Init: *Bona quidem fieri et utilia regis &c.* 4) De Militia christiana. Init: *Omnes homines qui se student*

E e 3

humo